

arbitrium boni viri. Sed iure optimo Bart. & Matienzo ibi hanc limitationem reprobant; immo Ancharait tunc potius esse veram hanc sententiam, quia, quando verba important arbitrium boni viri, satis est, vt executores eligant dignum; monasterium autem vere pauper est dignum satis ea elemosyna. Nec obstat huic applicationi, fuisse cognitam monasterij paupertatem testatoris, & nil illi legasse, quia, cum ea distributio no sit commissa monasterio, sed peculiari monacho ad distribuendum inter pauperes; non quadrat huic casui limitatio num. 55. tradita, sed optime quadraret, si monasterio commissa esset ea executio.

60 Posterior difficultas est, an si solus monachus ille executor institutus sit, possit ex elemosyna inter pauperes distribuenda sibi commissa, aliquid sibi tanquam pauperi retinere? Et quidam alij DD. innitentes prioris sententia relaxe num. 60. quae generaliter tradit distributorum nil sibi posse applicare, asserunt religiosum hunc id quoque non posse. Ita docent Cald. Syllu. Bonifac. num. 88. Imola allegat. num. praecedenti; atque idem tradit Manucl. q. regul. tom. 3. quest. 70. art. 4. ductus alio fundamento: quamvis enim concedat nobiscum distributorem posse sibi applicare, id negat in huiusmodi religioso, quia, cum testator cum institutus executorum, nouerit esse religiosum, & subinde pauperem, censetur cum exclusisse ea elemosyna participanda iuxta limitationem traditam num. 55.

61 Caeterum exitimo, posse hunc religiosum sibi applicare, siue aliis distributoribus, siue sequamur sententiam dicentem posse sibi applicare, siue sequamur oppositam. Ducor, quia, vt optime considerauit Parisius consil. 26. num. 24. vol. 4. cum monachus hanc elemosynam sibi applicatam expendere debeat in vibus sibi necessariis, quibus a conuentu expensae suppeditandae essent, releuat ab eo onere conuentus, ac lubinde suo monasterio censetur cum elemosynam applicare, cui posse probauimus num. 59. Quia tamen saepe posset contingere, vt nullo expensarum onere releuetur monasterium, quia, non obstante hac elemosyna tantundem expendit cum illo monacho conuentus, & ideo solum deseruit elemosyna illa, ne monachus tam pauperem vitam transigat. Respondeo, adhuc elemosynam cadere in monasterij utilitatem, & vere ipsi dari; quia quidquid acquirit monachus, est re vera monasterij, illudque posset eam elemosynam monacho applicatam auferre, & in generales conuentus vsus consumere, & ex sola sua voluntate concedit illius vsus huic monacho.

62 Ex dictis inferitur, religiosum, vel quicumque alium, cui traditur pecunia aliqua distribuenda, non vt elemosyna pauperibus distribuenda, sed gratia exonerandi conscientiam debitam incerti domini grauam, posse sibi applicare, si vere pauper est: nec in hoc distinguendum credo, an tradens pecuniam, norit paupertatem huius, an eam ignorat, sed in vtroque casu id fieri posse exitimo. Ducor, quia tradens pecuniam distribuendam, nil aliud intendit, quam conscientiam suam exonerare, neque curat de pauperibus, quibus ea pecunia distribuenda est, sed de sola conscientiae exoneratione; qui finis satis obtinetur, cuiusque pauperi, etiam si sit ipsemet distributor, applicetur. Atque idem intelligi, quando executores iussi sunt a testatore restituere aliquas pecunias pauperibus, ratione artis alieni, cui incertis dominis adstrictus erat: poterit enim executor vere pauper retinere, quamuis solus ipse executor institutus sit, cuiusque paupertas esset testatori cognita, quia militat eadem ratio traditis, & iuxta hoc sublimitanda est limitatio, quam num. 55. tradidimus.

Qualiter religiosus possit esse actor, aut reus in iudicio.

S V M M A R I V M.

Monachus regulariter non habet personam ad comparandum in iudicio, siue vt actor, siue vt reus, sine licentia superioris. n. 1. An regularis conueniendus sit, & contra eum formandus sit libellus, an potius contra monasterium, si conueniatur pro contractu, vel debito, siue ante, siue post ingressum iudicium. n. 2. An si causa sit criminalis, sit formandus libellus contra monachum, & ipse possit constituere procuratorem ad vt defendendum? n. 3.

Quid si lis inuenitur circa professionis valorem? n. 4. An possit monachus agere pro iniuria sibi illata, vel id sit monasterij? n. 5. An possit Abbas inuito monacho eam iniurias remittere? n. 6. An possit monachus remittere? n. 7. An percussus monachus, vt absolutus ab excommunicatione, debeat satisfacere monacho, an Abbati? n. 8. An re aliqua spoliatus possit agere, vt restituatur? n. 9. An possit monachus constituere procuratorem, vt nomine ipsius in iudicio compareat, & valeat ea procuratoris constitutio? n. 10.

An agens de licentia Abbatis, debeat iurare de calumnia? n. 11. An iudicium agitarum cum monacho absque superioris licentia valeat? n. 12.

An possit superior id iudicium ratum habere? n. 13. An quando monachus est in studio de licentia Abbatis, vel in aliquo loco absens possit agere, & habere vocem in electione Rectoris? n. 14.

Quid quando superior est absens? n. 15. Quid si monachus agere velit, vt in religione retineatur, vel expulsus restituatur, vel pro alimentis, vel expensis, vel pro quocumque iure sibi competente, vel pro sua electione, vel contra suum superiorem, qui ipsum beneficium spoliauerit? n. 16. Quid si regularis Prioratum, vel aliam administrationem habeat? n. 17.

Quid si Abbatem accusare velit? n. 18. An exigatur venia, & licentia ad accusandum proprium Abbatem? n. 19. An monacho accusanti, vel denuncianti Abbatem, sine expense a monasterio admittenda, & tunc de reus actio monacho, & qualiter sit admittenda ad accusandum Abbatem? n. 20. An has expensas consequi debeat monachus habens pecuniam? n. 21.

Quid si monasterium esset ex ordinibus mendicantibus? n. 22. Quid si hac accusatio esset ob solam monachi utilitatem? n. 23. An Abbas ipse accusatus debeat expensas defensionis a monasterio habere? n. 24.

An monachus aduersus quem inquirat Abbas, debeat habere expensas a monasterio? n. 25. An monachus causam suae electionis prosequens debeat habere expensas a monasterio? n. 26.

An monachus possit accusare aliquem praeter suum Abbatem? n. 27. An habiturus sit tunc expensas a monasterio? n. 28.

An monachus cubicularius Episcopi possit ipsam absque Abbatis licentia accusare? n. 29. An monachus interdici sit denunciatio? n. 30.

An monachus accusans Abbatem, reuocari lite pendente ei debeat? n. 31.

Quoties religiosus potest esse in iudicio absque superioris licentia, potest absque illa constituere procuratorem, & libellus nomine religiosi concipiendus est. n. 32.

Is cuius est accusare, est pacem inire, & pro pace mita compositionem accipere. n. 33.

Nonium potest accusare, transigere, ac pacem inire, siue sibi, siue suis.

suu iniuria irrogata sit. n. 34. Nonium interfectus, im accusandi, & pacis inuenda, & compositionis accipienda, an pertineat ad monasterium, vel ad quem? n. 35.

An si pater, aut filius monachi interficiantur, competat monasterio, aut monacho ius accusandi, & pacis inueniendae. n. 36. An precium eius pacis inuiae consequatur monasterium? n. 37. Quid si iniuria irrogata sit religioso ante ingressum religionis, vel ante illam eius pater, aut filius occisi sint, siue religio habeat bona in communi, siue non, & quamuis ille sit religiosus Societatis IESV? n. 38.

An si monachus interficiatur, competat ius accusandi, & pacis monasterio, an filiis, parentibusque in seculo relictis? referuntur variae sententiae. n. 39.

Explicatur sententia auctoritatis, & cui competat pecunia ob transactionem data. n. 40.

Quid si ille religiosus esset Societatis IESV, vel religionis non habentis bona in communi? n. 41.

Hinc res non est exacte tractanda, sed paucis auctoribus allegatis, vt Theologi notitiam aliquam assequi possint: potest autem exactius videri in Doctrinis quos referam. Hac in re ea est regula certissima, regulariter non habere religiosum personam legitimam comparandi in iudicio, siue tanquam actorem ad agendum, siue tanquam reum ad se defendendum, absque licentia superioris. Ratio est, quia in hoc aequatur religiosus seruo, & filiofamilias, contra quos, vel pro quibus, non potest videri iudicium. Illi nulla, & l. vix. ff. de iudicij. seruus. C. eodem. tit. quia pro mortuis habentur, & nihil habent, vt tradunt omnes DD. cap. cum dilecti. de rescript. & auben. causa, qua fit cum monacho. C. de Episcop. & clericis. Speculator tit. de actoribus. §. vnic. an. 48. & tit. de reo. §. vnic. num. 19. & tit. de statu monachorum, in princ. num. 1. Nauarr. comment. 2. de regula. ibi. num. 64. & nemo contradicit. Euerat. loco a seruo ad monachum. numero 4.

Hinc deducitur primo, regulariter non posse conuenire, nec conueniri ratione contractus cum eo ini, nec libellum contra monachum formandum esse, sed conueniendum monasterium, & contra id formandum libellum. Sic tradit Glos. penult. cap. non dicitur. 1. 2. 2. 1. D. Anton. 3. part. ii. 16. cap. 6. §. 7. Abbas cap. in praesentia. num. 78. de probat. Euerat. loco a seruo ad monachum. num. 4. Nauarr. com. 2. de regular. num. 29. Quod quidem verum est, si agatur de contractu, vel ere alieno, quibus adstrictus ante religionis ingressum erat regularis; tunc enim, nec actio contra monachum intentanda est, nec ipse debet respondere, sed monasterium, aut eius procurator nomine ipsius monasterij, vt inferius latius dicemus. Non tamen tenebitur monasterium vltra bona, quae a monacho accepit. Sic Syluest. verbo religio. 8. quest. 3. & melius Speculatur. tit. de statu monachorum in princ. n. 3. 4. & §. 5. Felin. multos alios allegans c. i. m. 1. & n. 9. de sententia, & re iudicata. Quam quidem sententiam approbat lex Regia 10. m. 2. p. 3. vbi Gregor. Lopez verbo de vela fazer, hoc animaduertit, quous iure communi non esset modica difficultas. Quidam enim dicebant posse conueniri monachum, & contra eum formandum libellum, quia cum eo negotium gestum esset, nec potuit ingressum monasterij se obligatione eximere. Sic Abbas d. c. i. m. 1. & a num. 27. Bertrandus consil. 75. num. 9. vol. 5. in parte prior. & consil. 127. num. 2. vol. 7. Rolandus a valle de constitutione inuentarij. 2. par. quest. 12. num. 9. habetur 8. tom. tradit. 2. Alij autem DD. ex auben. & causa, qua fit cum monacho. C. de Episcop. & clericis. dicebant contra verumque formandum libellum. Sed narratio facti concipienda est in personam monachi, quia cum eo gestum est negotium; concludit, & sententia condemnatoria in bonis facienda, debent referri ad monasterium, vt bene tradit Nauarr. com. 2. de regul. num. 67. & ipsum sequuntur Azor tom. 1. in sit. moral. lib. 11. cap. 31. quest. 12. Si autem

post ingressum contraxit monachus, non tenebitur monasterium respondere, nisi inde factum sit locupletius sed imputet sibi, qui cum persona incapaci contraxit, Sic Speculator ibi. num. 6.

Hoc autem intelligendum est, quando causa est civilis; nisi enim actio criminalis ob aliquod delictum a monacho commissum intenteret, ipse conueniendus est, contra ipsamque formandus est libellus, habetque personam legitimam ad se defendendum absque superioris licentia: quia seruus similiter conuenitur, & non dominus ratione delicti commissi, vt constat ex l. penult. sine. C. de vexalibus. & ita in monacho dicendum tradidit ibi Bald. num. 1. Speculator tit. de reo. §. vnic. num. 19. & Felin. cap. cum. 1. & a num. 10. de sententia, & re iudicata. Euerard. loco a seruo ad monachum. num. 6. Potest tamen Abbas ei assistere, vt tradunt Speculatur. & Felinus ibi; vnde in hoc casu potest constituere procuratorem, sicut potest se defendere, & sicut idem dicimus nu. 32. quoties ei integrum est agere.

Secundo intelligendum est, nisi lis intentetur circa valorem professionis; tunc enim libellus in ipsum monachum formandus est. Sic Felin. eodem cap. cum. 1. & a num. 9.

Hinc deducitur, non posse monachum agere pro iniuria sibi illata, nisi Praelatus absens sit, nec procuratorem reliquerit. Sed id munus Abbatis est; constat ex l. sed si vnus. §. ait Praetor. ff. de iniuriis, quatenus habet, cum, qui alteri subest, non posse agere iniuriarum, si praesens sit is, cui subest, vel eius procurator, secus eo absente, nec procuratore relicto: tunc enim, vt recte ait Panormit. statim allegandus, ex praesumpta Superioris licentia ager. Idem etiam constat l. 10. tit. 9. p. 6. ibi. Sis mayoral puede demandar por el. Atque ita docet Glos. penult. cap. non dicitur. 12. quest. 11. Speculator tit. de actor. §. vnic. Felin. nu. 9. Card. nu. 1. Ioan. Andr. nu. 5. Anchar. n. 4. Abbas cap. parochianos. n. 3. & ibi communiter DD. de sententia excommunic. Francus cap. 2. in princ. num. 6. de clericis, vel monachis in 6. & rubric. de rellam. n. 65. eodem lib. Decius cap. in praesentia. noua edit. n. 223. & ibi Ferrer. num. 101. de probat. D. Antonin. 3. par. tit. 16. cap. 6. §. 7. Rosel. verbo monachus. num. 8. & ibi Armilla num. 12. Angel. verbo monast. num. 1. Syluest. verbo religio. 8. quest. 4. Nepotis a Montalvano de except. art. 6. nu. 10. Monachus de deservorio iure ff. contra actorem (habetur vterque tom. 3. tract. p. 2.) Greg. Lopez ea l. 10. verbo sis mayoral. Nauarr. com. 2. de regular. num. 29. & num. 64. vbi alios referat. Plazza de delict. cap. 47. num. 17. sine. Zaballo alios allegans in suis qq. communibus. quest. 446. num. 14. Decianus in pract. crimin. p. 1. lib. 3. cap. 8. num. 15. & ibi Farinacius in pract. criminali. tom. 1. tit. de accusat. quest. 13. num. 24.

Quare potest Abbas inuito monacho eam iniuriam remittere, quia cum nullam actionem monachus habeat, sed solus superior, superioris, quamuis contradicat monachus, erit ea remissio. Sic allegatis Baldo, & Boerio tradunt Alcanius Clemens de patria potestate. cap. 6. affectu 8. num. 4. habetur 8. tom. tract. p. 2. Nauarr. eodem commentario 2. num. 64. quamuis Farinacius alios allegans in pract. crimin. tom. 1. tit. de accusat. quest. 13. num. 26. pers. nec praetermittendum, dicat, nec solum monachum, nec solum monasterium, sed vtrumque debere remittere; quod non credo, cum monachus careat velle, atque nolle, omnemque suam voluntatem in monasterium transfulerit.

Non autem ipse monachus poterit eam iniuriam remittere, cum sui iuris minimè sit, ac agendi iure destituitur. Atque ita tradunt Antonius cap. parochianos. n. 6. de sententia excommunic. Cardin. num. 2. Hostien. num. 3. Anchar. num. 4. Dicunt hi tres, nisi superior longè absit, vel nisi sit in scholis de licentia, quia cum tunc possit agere, potest & iniuriam remittere. Francus rubric. de rellam. in 6. num. 65. Decius cap. in praesentia. noua edit. n. 223. & ibi Ferrer. num. 102. de probat. in fin.



8 Et ideo cum absolutio ab excommunicatione premittenda sit satisfactio partis laesae. cap. parochianos. de sent. excommunic. si excommunicatio ob monacho iniuriam illatam contracta sit, non ipsi monacho, sed Abbati satisfaciendum est, vt absolutio impetrari possit; quia non monachi, sed Abbatis est eius iniuriam remissio: atque ita docet Glof. eo. cap. parochianos. verbo satisfaciunt, & ibi Antonius num. 9.

9 Vnde deducitur, nec monachum vestibus, aliave re spoliatum, posse absque licentia agere, vt restitutum; sed ea actio superiori competit. Tradunt Speculator tit. de auctore. §. vnicuique. num. 71. Nauarr. com. 2. de regular. num. 64. Paulus Amilius in decisione Rota Romana. p. 2. de cis. 224. num. 7.

10 Deducitur etiam, nec monachum absque superioris licentia posse constituitur procuratorem, vt nomine ipsius in iudicio compareat, quia, cum per se comparet nequeat, nequit quoque per alium. Et ita habetur expressè Clem. religiosus, de procurat. & tradunt omnes; nec constitutio cuiusmodi procuratoris valebit, quia textus vitur verbo (non potest) quod actum reddit nullum, saltem, quando res non interdicatur ob solam personam honestatem, sed ob ipsius vitium, vt diximus cap. praec. num. 44. quod in hoc euentu contingit: hoc enim interdicitur propter monachi incapacitatem ad standum in iudicio absque superioris licentia; atque ita docet Scacia de iudicio. lib. 1. cap. 101. num. 39.

11 Vtrum autem monachus agens de licentia Abbatis, debeat iurare de calumnia, Glof. auctent. apud quos oportet causas dicere, verbo interpellat. ad finem. negat iuramentum hoc praestandum à monacho. At iure optimo Curt. Senio tract. de iurando propter calumniam. §. quod obseruari oportet, in fine. habetur tom. 1. tract. p. 2. dubitat de hoc, & in partem contrariam inclinat, quod iuramentum hoc adeo ad substantiam iudicij pertinet, vt ipsam excludit, nec praestitum reddat iudicium ipso iure nullum, vt late probat Maranta in sua practica. p. 6. in 2. iudicij parte, in 1. actu. num. 1. & 2. Ergo praestandum est per legitimam personam ad standum in iudicio, qualis est monachus litigans de licentia Abbatis.

12 Deducitur praeterea, iudicium agiturum cum monacho absque superioris licentia in casibus, in quibus nequit agere, aut se defendere, esse nullius momenti, quippe iudicium, vt legitimum fit, debet constare Iudice, actore, & reo, vt constat ex cap. forus. de verborum signific. & ex definitione iudicij tradita à Doctoribus rubric. de iudicio. & C. de iudic. in rubric. quam refert Maranta in sua practica. p. 1. initio. num. 1. At persona monachi non est legitima ad comparendum in iudicio, siue vt actor, siue vt reus, absque superioris licentia: ergo nullum erit iudicium agiturum cum ipso absque superioris licentia. Et ita docet Bartol. l. filius meus. §. de iur. i. de procuratoribus. Abbas Clement. religiosus. num. 6. de procurat. Baldus, & Felin. num. seq. allegandi.

13 Potest tamen superior ratum habere iudicium agiturum cum monacho absque eius licentia: nec obstat l. filius meus. §. de iur. i. C. de bonis, que liber. Vbi pater non ratificat gesta per filium, eo quod sint ipso iure nulla; quia ibi filius non gerebat nomen patris: at monachus agit tanquam procurator Abbatis, vel monasterij. Atque ita docent Bald. cap. causam in fin. de iudic. Felin. cap. cum. 1. & à num. 10. de sententia. §. vt iudicata.

14 Excipiuntur tamen aliqui casus, in quibus integrum est monacho agere. Primus, quando monachus est in studio de licentia Abbatis; nam eo ipso, quod licentia standi in studio conceditur, censetur quoque concessa licentia agendi, ac se defendendi in gestis ratione studij, & pro spolio sibi factò, vel iniuria illata: nam concessio aliquo, intelligitur omnia concessa, siue quibus commode vni nequit, arg. cap. praeterea. & cap. prudentiam. §. 6. de officio delegati. Atque ita docent Glof. penult. c. non dicatur. 11. quest. 8. cap. 1. ex parte. verbo licet de accusat. & l. si

longius. sine. ff. de iudicio. Speculator tit. de auctore. §. vnicuique. mon. 50. Baldus auctent. habita. num. 34. Cuius filius pro patre. Francus cap. 2. in prin. num. 6. ne clerici, vel monachi. in 6. Henric. cap. ex parte. num. 3. de accusa. Anton. ibi. num. 12. Rebuffus de priuilegijs scholasticorum. priuileg. 156. Iacobinus de S. Georgio l. seruus. num. 6. C. de iudicio. Nauarr. com. 2. de regular. num. 65. Anton. Cucus lib. 3. instit. maior. tit. 3. num. 58. Neposis à Montalvano de exceptionibus. art. 6. num. 9. habetur tom. 3. tract. p. 2. Azor l. 1. instit. moral. cap. 11. quest. 9. Poterit etiam tunc in electione Reclitoris vocem habere instar aliorum scholasticorum, & docet Francus ibid. atque eadem ratione idem dicendum est, si ob aliquod aliud negotium de licentia superioris esset absens à monasterio, nec ibi adesset superior, aut eius procurator. Atque ita docent Nauarr. Neposis à Montalvano, & Azor ibidem. Idem Nauarrus com. 2. num. 29. Tunc autem non ager monachus nomine proprio, sed nomine monasterij, cuius licentiam tacitam habet, vt docet Nauarrus vtroque loco. Sed, vt bene docet Glof. cap. cum pastoris. verbo cum pastoris. 2. quest. 7. tantum possunt agere de his, quae pertinent ad studium.

Secundus casus est, quando superior ita absens est, vt bene commode absque periculo in mora non possit haberi eius responsum. Atque ita docent citatis Speculatore, Antonio, Abbate, Cardinali, Imola, Nauarr. comment. 2. de regular. num. 65. vers. addo nono. Henricus cap. ex parte. num. 3. de accusat. Alcanius Clemens de patria potestate. cap. 6. effectus 4. notabili 26. habetur tom. 8. tract. p. 2. Azor tom. 1. lib. 12. instit. moral. cap. 11. quest. 9. ad finem. Atque idem docent Nauarrus, & Azor, allegatis Cardinali, & Imola, si monasterium vacat.

Tertius casus est, si monachus agere velit, vt in religione retineatur, vel ab expulso restitutum, vel ne ei alimenta debita, aut expensa à monasterio denegentur, vel de iure, quod habet ferendi iustitiam, sedendi in choro, & super quocumque alio iure sibi competente per professionem, electionem, vel collationem canonicam, & alio quolibet titulo, cuius est capax. Quare licet non possit electionem acceptare, vel provisionem sibi factam, siue consensu superioris, et post acceptationem de illius licentia factam, potest absque alia licentia agere. Haec omnia alios allegans docet Nauarr. com. 2. de regular. 64. vers. addo 5. Azor tom. 1. lib. 12. instit. moral. c. 11. q. 9. Non tamen potest agere contra suum superiorem, qui ipsum beneficio regulari absque malo animo priuauit, quamuis contra alium suo cum beneficio spoliante agere possit, & contra suum superiorem, si malo animo priuauit. Sic Nauarr. com. 2. de regular. num. 65. vers. addo 5. vbi alios refert. Azor tom. 1. institutionum moral. lib. 12. c. 11. q. 9. addit Nauarr. cum alijs praelatis fieri animo vindicandi, vel alijs malo, quos Praetulus accusatus esse ab eo subdito, vel de eius crimine instantia illius subditi inquiretur. Limitat tamen Nauarr. quando spoliaretur beneficio annuali regulari; nam si spoliaretur seculari, vel regulari perpetuo, vel ad vitam dato à Papa, posset agere de spolio, nec probatio mali animi exigeretur.

Quartus casus est, si regularis Prioratus, vel aliam administrationem in titulo beneficij saltem manualis habeat: nec sufficit habere in simplicem administrationem. Sic alios allegans docet Nauarr. com. 2. de regular. num. 64.

Quintus casus est, si religiosus suum Abbatem accusare velit; potest enim illum accusare, nisi aliqua causa rationabilis impediatur; alios autem accusare non potest, habetur expressis verbis c. ex parte, de accusat. Ratio autem, cur monachus possit accusare Abbatem, est, vt tradunt ibi Glof. verbo alia, & Felin. paulo post princip. quod monasterij vtilitatem procurare dicitur accusando Abbatem. Cur autem non possit accusare alios, tradit rationem Glof. verbo licet, & Felinus proximè allegatus, quia dicitur mortuus mundo, nec habere liberum arbitrium.

si religiosus, de electione, in 6. Causa autem rationabilis accusationi Abbatis obstant est, vt tradit ibi Glof. verbo alia, vt si esset excommunicatus. c. de exceptione. vel si esset inimicus, vel conspirator. c. memimus. & c. cum oportet. & c. deueniens de accusat. c. per tuas, & de simonia.

29 Controvertitur autem valde, an exigatur tunc licentia, & vna. Quidam enim dicunt prius impetrandam esse hanc licentiam; ad quod facit l. generaliter. ff. de in ius vocando. Ita docent Archid. c. cum pastoris. 2. q. 7. num. 1. Bellemer. ibi. paulo post principium. Card. c. ex parte. c. 1. de accusat. & ibi Roman. singular. 550. antiqua edit. noua autem 556. Iacobinus de S. Georgio d. l. generaliter. n. 12. Neposis à Montalvano de exceptionibus. a. 6. num. 12. habetur tom. 3. tract. p. 2. Monachus de defensorio iure. §. contra auctore. (habetur eodem tom.) Surdas de alimentis tit. 1. quest. 121. num. 5. Quidam enim ex his DD. dicunt, impetrandam hanc veniam à Principe; sic Neposis à Montalvano, & Monachus ibidem: alij ab Episcopo; sic Bellemer. & Henricus ibidem: alij ab ipso Abbate, vt Archidiaconus, qui etiam ait esse petendam veniam, & licentiam. At verius est, nec veniam, nec licentiam desiderari: quia textus d. c. ex parte, hanc licentiam concessit. Atque ita docet Speculator tit. de auctore. §. vnicuique. num. 48. Innoc. c. cum P. n. 6. de accusat. Abbas c. ex parte. num. 6. eodem tit. Rebuffus confus. regis tom. 1. tit. de sententia provisionali, in prefatione. n. 104.

30 Quoties autem religiosus accusat Abbatem, sunt ei ministrande de rebus monasterij expensae, donec causa debitum finem accipiat. Sic expressè dicitur eo. c. ex parte, de accusat. & redditur ratio, eo quod monachus proprium non habeat, vnde non solum expensae victus, sed etiam expensae necessariae ad litem proseguendam ministrande sunt. Quod satis inuit Glof. finalis ibi, dicens, expensae necessariae esse, siue quibus causa explicari nequit; & expressè docent Ioan. Andr. ibi. sine. Anton. sine. Anchar. num. 3. Abbas num. 9. Henricus num. 6. Felin. num. 4. idque verum esse, siue monachus accuset, siue denuntiet Abbatem, quia, est textus c. ex parte, loquatur de accusatione: eadem est ratio de denunciatione, & docet Innoc. ibi. num. vnicuique ad finem. Ioan. Andr. num. 3. Card. num. 2. Henricus num. 6. Et quamuis monachus ad accusandum Abbatem non sit fitit admittendus, sed praecedenti summaria causa cognitione; at qualitercumque admittatur, sunt ei expensae ministrande. Et ita tenent Speculator i. de inquisit. c. vlt. num. 8. Innoc. eo. c. ex parte. num. vnicuique. & ibi Ioan. Andr. num. 2. & 3. Abbas numero 9. Anchar. num. vlt. Henricus num. 6. Quare in hoc casu datur actio monacho contra Abbatem ad has expensas petendas, vt bene aduertunt Anan. eo. c. ex parte. n. 3. vers. nota casum. Surdas de alimentis. tit. 1. q. 12. n. 1.

31 Hoc tamen est limitandum. Primò, nisi monachus accusans habeat peculium aliquod, tunc enim non tenetur monasterium expensas litis suppeditare, quia cessat ratio redditu eo. c. ex parte, nempe, quod monachus non habeat alium de expensis. Et ita docet Speculator. tit. de inquisit. §. vlt. num. 1. Anton. eo. c. ex parte. num. 10. & ibi Abbas num. 9. Henricus num. 11. Felin. num. 4. Rebuffus confus. regis tom. 1. tit. de sententia provisionali, in prefatione. num. 104. Surdas de alimentis. tit. 1. q. 121. n. 1.

32 Secundo limitatur, nisi monasterium sit ex ordinibus mendicantibus; cum enim eiusmodi monasterium careat bonis in communi, non tenetur has expensas ministrare. Sic dicit fortè esse Henricus eo. c. ex parte. n. 10. Sed huic limitationi non assentior; nam ea recentia, non possent monachus accusare Abbatem in illis ordinibus, cum expensae necessariae careant. Item, quia textus d. c. ex parte, generaliter loquitur; neque obstat, fratres Minores non habere bona in communi (nam ceteri mendicantes hodie habent) quia ex elemosinis emendicatis, ex quibus viuunt, debent has expensas monacho accusanti Abbatem contribuere.

33 Tertio limitatur, si monachus accusaret Abbatem ob

monasterij vtilitatem, secus, quando ob propriam. Ita tenet Bald. vt refert Surdas, cum merito improbandus, de alimentis. tit. 1. q. 121. n. 3, quia satis monasterij interest bonum habere pastorem.

34 Similiter Abbas accusatus debet expensas monasterij se defendere, vsque ad litem finem, quod etiam monasterij interest, Abbatem culpae immunitatem non deponi. Et ita tradunt Glof. eodem cap. ex parte. verbo alia, & ibi Ioan. Andr. num. 8. Anton. num. 9. Abbas num. 15. Henricus num. 12. Felin. paulo post princip. Surdas de alimentis. tit. 1. q. 127. num. 3. Lara l. si quis à liberis. §. si vel patris. num. 48. ff. de liber. agnos. Tapia nub. ingressi. verbo sua. c. 18. n. 11. C. de sacrosanct. Eccles. quod quidem extendunt Ioan. Andr. & Antonius ibidem, quamuis Abbas ille esset ab administratione remotus; quippe clericus suspenso aliunde non habens alimenta, est ex beneficij fructibus alendus. Sed Abbas, & Surdas ibidem bene aiunt hoc intelligendum de simplici suspensione, vel quando interdicitur administratio, secus si esset priuatus titulo, id est, quando est reatiler, & verè depositus, quod tunc nihil habeat commune cum monasterio; numquam tamen Abbas expensas monasterij se defendit, si peculium sufficiens ad id habeat, vt de monacho accusante dixi n. 21.

35 Quando autem Abbas inquirat aduersus monachum de aliquo delicto, an debeat habere expensas esse satis controuersum. Quidam enim sic distinguunt, si Praetulus non seruat regule formam, sed via ordinaria, ac iuridica procedit, sunt ministrande expensae, secus, si iuxta regule formam, quod tunc nullis expensis opus fit. Ita docet Speculator tit. de inquisit. §. vlt. n. 5. Anton. eo. c. ex parte. n. 7. & ibi Ananias num. 3. Henricus n. 11. Simon de Praetis de interpretat. vltim. volum. lib. 5. inter pret. 2. dub. 2. n. 15. & alij, quos refert Surdas de alimentis. tit. 1. quest. 128. num. 6. Sed iure optimo Surdas ibi impugnat hanc distinctionem, & ait vtrovis modo procedatur, ministrandas esse expensas monacho, si ea necessariae sint, nec aliunde habeantur; quippe non est verum, nullas esse expensas, quando secundum regulam proceditur: possent enim monachus in sui defensionem allegare testes longe absentes. Item quia, siue monachus sit culpae reus, siue illius immunitas, non modica monasterij vtilitas vitur in veritate indaganda, atque ipsius interest plectere, si reus sit, & absoluerit, si innocens. Huius etiam sententiae videntur alij absolute dicentes huic monacho expensas ministrandas: hi sunt Anchar. eo. c. ex parte. n. 7. Felinus ibi. fin. Ioan. Lupus c. per vestras in praemio. §. 39. n. 2. de denat. inter virum, & uxorem.

36 Quid si monachus causam propriam proseguatur, vt electionis suae, aliqui negant eum habiturum expensas à monasterio. Sic Speculator tit. de inquisit. §. vlt. num. 8. Archid. c. cum pastoris. 2. quest. 7. num. 2. & ibi Bellemera ante num. 1. Ioan. Andre. d. c. ex parte. num. 4. & ibi Anton. num. 5. Abbas num. 9. Anchar. num. 7. Ananias num. 7. Sed hoc intelligendum est, quando dignitas, ad quam eligitur, est extra monasterium, quia, est ad praelationem in suo monasterio eligatur, tenetur monasterium litis motae expensas contribuere, quia ipsius interest. Sic Henricus eo. c. ex parte. num. 7. & ibi Felinus num. 4. vbi Additionale verb. pro electione, citato Mariano, & Socino ait, non tenentur hunc consequuntur expensas, quando lis est ad obtinendam praelationem in proprio monasterio, sed etiam, quando ad eam referendam.

37 Dum dicitur autem eo. c. ex parte, non permitti monacho quemquam accusare praeter propriam Abbatem, intelligendum est, nisi duplex concurrat conditio. Prior est licentia Abbatis; posterior vtilitas monasterij: his enim concurrentibus potest quemcumque accusare, per c. monachi. el. 2. 16. q. 1. & ita docet Glof. eo. c. ex parte, verbo licet, & ibi Innoc. statim in princip. Hostiensis num. 1. Anton. num. 10. Abbas num. 6. Felin. num. 2. Henricus num. 3. Card. Clement. religiosus. num. 3. oppos. 1. fin. de procurat. Decian. pract. crimin. part. 1. lib. 3. cap. 8. num. 15. & 16. Patinac. praes.



*praxi crim. tom. 1. tit. de accusat. questione 13. num. 24.*  
 28 Non autem habetis expensas à monasterio, quando alium præter Abbatem accusat, vt docet Gloss. c. cum pastoris verb. cum pastoris. 2. q. 7. Anchar. eo. c. ex parte. n. 6. quod limitandum est cum Anchar. ibi. num. 13. nisi vtilitas monasterij veretur in ea accusatione.  
 29 Præterea, si monachus ille sit Episcopi cubicularius, poterit absque licentia aliqua Episcopum accusare, quippe cum ad hoc sint cubicularij, vt vitæ Prelati testes sint, vt habetur c. cum pastoris. 2. q. 7. integrum est eis illum delinquentem accusare, & docent Innoc. c. cum P. num. 6. de accusat. Ioan. Andr. d. c. ex parte. n. 9. Anchar. n. 4. Card. n. 1. Felin. num. 2.  
 30 Sed maior difficultas est, an monachus quoque interdicta sit denunciatio, sicut interdicitur accusatio d. c. ex parte. Innoc. ibi. num. vnicio. & Hostiensis num. 1. dicunt non interdici denuntiationem, atque ita integrum esse monacho denunciare quemcumque absque aliqua superioris licentia. Ducunturque, quod omnibus præceptorum sit Matthei 18. Si se non audierit, dic Ecclesie; quæ quidem ratio de sola denuntiatione fraterna ad fratris solam emendam tendens, probat, & id verissimum est. Atque idem docent Gloss. eo. c. ex parte. verbo licet. Ioan. Andr. num. 9. Anton. num. 1. Card. num. 1. sive. Abbas n. 6. Felin. num. 2. Henric. num. 4. Iulius Clar. l. 5. recepturi. §. final. in practica criminali. quæst. 7. num. 8. Si autem denuntiatione iudiciali esse tendens ad accusationem, interdicta est monacho, præterquam proprij Abbatis, sicut & accusatio, vt bene tradit Ioan. Andr. Abbas. Anchar. Card. Felinus, Henric. ibidem. Quare ad hanc aliorum denuntiationem, sicut & ad accusationem exigetur licentia Abbatis, & vtilitas monasterij.  
 31 Quod si queratur, an monachus accusans Abbatem, teneatur ipsi obedire, dum lis pender, Gloss. d. c. ea parte. verbo alia, videtur sentire, non teneri obedire; sed intelligendum est, quoad delictum ad accusationem illa: in reliquis enim manifestum est, teneri obedire. c. nonne. 8. q. 4. Et ratio est, quia adhuc ille superioris officio non est priuatus; & ita docent Abbas eo. c. ex parte. n. 4. & ibi Felin. ante n. 1. vers. in eadem glossa.  
 32 Denique id obferuandum est, quod licet religiosus poterit esse in iudicio absque superioris licentia, integrum quoque ei esse constituitur procuratorem absque illa, quia cum possit per seipsum in iudicio tunc comparere, poterit similiter per alium, reg. potest. de regulis iuris in 6. Sic Gloss. Clem. religiosus, verbo constituitur. de procuratori. & ibi Imola n. 15. Card. n. 3. oppos. 3. Abbas n. 7. Archid. c. monachi. el. 2. 16. q. 1. n. 1. & ibi Bellamera paulo post principium. Innoc. c. cum. 1. q. 1. n. 1. ibi Host. n. 1. Anchar. ibi. n. 11. And. n. 2. Abbas n. 2. q. 15. Anan. ibi. n. 2. Bellemer. num. 13. Henric. ibi. n. 2. Imola n. penult. Anton. n. 6. Baldus c. cum. 1. q. 1. n. 1. de sententia. c. re iudicata. Bart. & alij, quos refert, & sequitur Ioan. Lupus c. per vestras, in proemio. §. 28. ad 6. de donat. inter virum, & uxorem. Henric. c. ex parte. n. 8. de accusat. Nauar. cam. 2. de regul. n. 27. vers. addo 11. qui optimè addit cum Abbate d. c. cum. 1. q. 1. n. 261 tunc etiam posse nomine religiosi concipi libellum, sive conueniatur, sive conueniatur, pro quo est textus e. dudum, de concess. censuratum, in quo sententia absolvens fuit concepta in personam monialis, in quam etiam concipienda esset sententia condemnans, si condemnaretur, quia habebat legitimam personam standi in iudicio.  
 33 Sed tandem superest difficultas, an monacho interfecto, vel alius laico, competat monasterio, aut monacho laico ius accusandi, & pacis inuendæ, & consequenter capiendæ pecuniæ, ob quam remissio mortis, aut iniuriæ conceditur, an potius id ius pertineat ad filios legitimis, & parentes ipsius monachi in seculo relicti; & similiter, si pater, aut filius secularis ipsius monachi interficiatur, an monacho, cuiusve monasterio, an potius aliis consanguineis id ius accusationis, & pacis competat. Quæ in se id præmittendum est, eius esse pacem inire, ac pro pa-

ce inita compositionem accipere, cuius est accusare, vt probat Farinacius alios referens, praxi crim. tom. 1. tit. de accusat. q. 13. n. 1.  
 Hoc præmissis, prima conclusio sit. Nouitius absque dubio potest accusare, transigere, ac pacem inire, sive sibi, sive suis iniuria inrogata, quia nondum est verè religiosus, sive sui religio. §. quomodo. de sententia excommunicat. in 6. Et ideo legitimam standi in iudicio personam habere. Atque ita docent Plaza de delictis. c. 42. sine. Farinac. ea. q. 15. n. 23. & nemo contradicit.  
 Secunda conclusio sit. Nouitio interfecto, ius accusandi, pacis inuendæ, & compositionis accipiendæ, nullatenus ad monasterium pertinet, sed ad ados, ad quos pertinet, si nouitius ille esset secularis, quia monasterium nondum ius in illum acquisiuit. Atque ita docet, dicens sic esse decisum per Senarum, Iulius Clar. lib. 5. recepti. practi. crim. §. final. q. 58. n. 25. Plaza de delictis. cap. 42. num. 23. & 24. Zaballus in suis commun. quæst. 333. num. vnicio.  
 Tertia conclusio. Pater, aut filio monachi secularibus interfectis, nec monacho, nec monasterio competat ius accusandi, aut pacis inuendæ. Hoc est contra Octavianum Valpel in suo tract. de pace. q. 12. dicentem ab ipso monasterio pacem obtinendam, idque sufficere etiam in casu statuti requirementis pacem ab heredibus defuncti, quando alius non existit filius, vel heres. Sed probatur nostra conclusio, quia iniuria nullatenus dicitur illata monasterio; ergo nec agere, nec transigere poterit, minus etiam monachus, quia licet oculo proximior sit, eiusque pater, aut filius, non tamen habet legitimam personam standi in iudicio. Ergo non potest accusare, & consequenter nec pacem inire. Sic Farinacius allegato Boslio ea. q. 13. n. 26.  
 Hinc deducitur, pretium pacis inire in hoc euentu non potest consequi monasterium, quia id non est pena delicti, sed pretium cessionis iuris accusandi, & vindictæ. Item apud Labonem. §. si quis seruo. ff. de iniuriis. ideo talis pecunia non monasterio, sed alius defuncti filius est applicanda, sic Farinacius ea. q. 15. num. 25. paulo post principium.  
 Sed quid si iniuria facta est monacho ante religionis ingressum, vel ante illum eius pater, aut filius occisi sunt Farinacius ea. q. 13. n. 26. allegato Boslio, aut nec monacho, nec monasterio ius pacis inuendæ, aut accusandi competere, sed id ius remanere penes filios, vel consanguineos interfecti proximorum. Probatur non competere monacho, quia pro mortuo habetur; non monasterio, quia ipsi non est inrogata iniuria. Sed hanc sententiam veram credo, si loquamur de religionibus non habentibus bona in communi, quæ nec succedant in bona, aut iura religioſi: omnia enim illa pro professionem tranſeunt in heredes ex testamento, vel ab intestato relictos in seculo. At si loquamur de religionibus, quæ in bona religioſi succedunt, existimo id ius accusandi, pacis inuendæ, & compositionis pro iniuria illata recipiendam, transferri in monasterium, sicut reliqua iura, & actiones, quæ religioſus ille in seculo habebat, non professione extinguuntur, sed tranſeunt in monasterium, iuxta authent. ingreſſi. C. de sacrosanct. Eccles. & tradita ab omnibus Doctoribus, & inferius latè dicemus. Si sit autem religiosus Societatis Iesv, solis biennij votis adstrictus, & nondum bonus, ac iuris sibi competentibus abdicatus, id ius, sicut alia, retinebit: si autem illiam renuntiauit, acquirit id ius ei, in quem alius renuntiauit.  
 Hucusque egimus, quando non monachus, sed eius pater, aut filius in seculo relicti interfecti sunt: restat tractare, quid dicendum, quando ipse monachus interfectus est. Quæ in re variae sunt sententiae. Prima sententia docet loquens, quando statet statutum, vt pena ostendit applicari hæredibus offensis, eam applicandam non monasterio, sed filio relicto in seculo, quia monasterium est civilis hæres, & non naturalis, vt filius.

filius. Item, quia ea applicatio fit in ius vindictæ iniuriæ illatæ, quod non est in bonis hereditariis, & quoad hoc ceterus filius hæres patris, licet abstineret ab hereditate. Sic tradit Barbatus cap. in presentia. num. 117. de probat. & ibi Felin. loquens vobis. Arret. num. 75. Mantuan. num. 60. & vniuersaliter loquens ius accusationis, & remissionis, & pecuniæ soluendæ pro monachi occisione, pertinere ad parentes, aut filios in seculo relictos, tradunt Boënius decisi. 181. n. 9. Nicolaus Moron de treuga. & pace. quæst. 134. num. 21. habetur tom. 11. tract. p. 1. Plaza de delictis. cap. 6. num. 18. & cap. 24. à num. 16. vsque ad 20. qui num. 22. addit, nullo relicto in seculo hæredem pertinere ad monasterium. Secunda sententia loquens de eodem statuto, ait applicari hæredibus ab illo monacho institutis, quare fit instituit monasterium, illi applicabitur, secus, si filium aut filios instituit; quod si simul monasterium, & filium, applicabitur vtrique pro portionibus hereditariis. Ratio est, quia statutum deserit hoc lucrum hæredibus: at verus hæres est is, qui à vero monacho institutus est. Sic Abbas eo. cap. in presentia. num. 47. & ibi Berol. num. 475. addens, si nullus hæres institutus sit, succedere monasterium, tum quia succedit in omnia bona professi sola legitima referuata filio. Item, quia hoc acquiritur post professionem, quo casu omnia acquiritur monasterio. Tertia sententia docet, loquens stante eodem statuto, ea bona applicanda esse monasterio, & non patri, aut filio monachi. Ducitur, quia monasterio censetur illata iniuria, & pro illa agere potest, & non monachus; vnde monasterio vindicta competi iure proprio, & non ratione hereditatis. Item, quia monachus quoad mundum pro mortuo habetur, & transit in potestatem Abbatis; ergo iudicandum est, vt monachus occisus, & non vt pater eius, qui remansit in seculo. Item, quia hoc ius acquisitum est post professionem, quo casu non succedit hæres institutus ante professionem, quia ille in sola bona ante professionem acquisita succedit; nec statuti verba loquuntur, aut loqui possunt de profissis. Item, quia hoc lucrum oritur ex iniuria monacho illata; at quidquid acquirit monachus, acquirit monasterio. Hanc sustinent Federicus cons. 34. Anton. eo. cap. in presentia. n. 63. & ibi Decius edit. noua. à n. 221. vsque ad 226. & ibi Ferret. n. 10. & duplici sequenti, explicans, sine iniuria illata fit monacho intuitu persone, sive intuitu monasterij. Alciat. lib. 3. c. 13. n. 175. ff. de verborum obligat. Tapia alios referens auth. ingreſſi. c. 13. n. 46. C. de sacrosancti. Eccles. Quarta sententia distinguit; si iniuria illata sit monacho intuitu monasterij, illud est præferendum filio, & consanguineis monachi interfecti, tam in actus actione, quam in pace inuendæ, & pœna capiendæ: si autem facta sit iniuria intuitu persone, præferendi sunt filij, & consanguinei monasterio. Sic tradit Parisius eo. cap. in presentia. num. 128. Iulius Clar. alius citatis, lib. 5. receptarum in practica criminali. §. final. q. 58. num. 25. Zaballus in suis commun. q. 333. sine. Addunt hi duo, quando est dubium respectu cuius iniuria inrogata sit, habendam ab vtroque pacem, & vtrique pœnam applicandam.  
 40 Ex his sententiis, quæuis non possit negari, quin res sit valde dubia, plus placet tertia, asserens eam pœnam applicandam monasterio, illique competere ius accusationis, & remissionis, propter rationes ibi traditas, quæ idem probant sine sit statutum aliquod applicans hæredibus occisi, sive id statutum non sit. Atque ita nullam facientes statuti mentionem, docent pecuniam pro occisione illa applicandam monasterio, Guill. Bened. c. rei nuntius, verbo condidit. el. 2. n. 17. de testam. Padilla l. transire. n. 38. & 39. C. de transact. Manuel qq. reg. tom. 2. q. 42. n. 3. Farinacius in praxi criminali tom. 1. tit. de accusat. q. 13. n. 26. vers. sed verè. vbi notat, dum dicitur pacem obtinendam à monasterio, id intelligendum esse quoad ius accusandi, ac remissionis iuris illius faciendæ, & pecuniæ, vel pœnæ pro remissione capiendæ, secus, si agatur de obtinenda pace

vigore statuti minuetis pœnam propter pacem, quod fundatum est in quiete Reipublicæ, ad hoc, vt pace inita, extinguantur inimicitie, tunc quocumque inuita facta sit iniuria, est semper pax requirenda à consanguineis, quia quantumvis monasterium remittat, non cessat eorum indignatio, atque inimicitiarum, & vindictæ sumenda periculum.  
 Atque idem intelligi, etsi ille professus interfectus esset ex religionibus quæ in eius bona non succedunt, quia rationes tertie sententiæ id probant, cum non innitantur iuri succedendi, sed quod iniuria censetur irrogata monasterio, & ille monachus censetur vt monachus interfectus, & quod iam in monasterij potestatem tranſierit. Quare, cum eodem rationes militent in religioso Societatis Iesv post sola biennij vota interfecto, idem in hoc casu censendum puto.  
 CAPVT XIII.  
 Quæ munera obire, aut quos actus exercere in iudicio religiosus interdicitur sit.  
 SYMMARIUM.  
 Officium aduocati, aut procuratoris an interdicitur monachi, & omnibus religiosis n. 1.  
 An interdicitur nouitius, vel ius, qui in Societate Iesv vota biennij emisere. n. 2.  
 Exiguntur licentia superioris, & vtilitas monasterij, vt hæc omnia liceant. n. 3.  
 Si altera conditio deficiat, non licet hæc exercere in foro etiam ecclesiastico, & illis concurrentibus, licet etiam in foro seculari. n. 4.  
 An satis sit licentia potius, nec obtemperatio. n. 5.  
 An debeat licentia præcedere commissionem officij procuratoris, an solam susceptionem? n. 6.  
 Vtrum sufficiat licentia taciti n. 7.  
 Quis superior possit concedere hanc licentiam? n. 8.  
 An possit eam concedere Episcopus? n. 9.  
 Quid si in aliqua religione interdicitur sit superiori immediato hanc licentiam concedere, vt in Societate Iesv? numero 10.  
 An frater Franciscanus possit de licentia superioris hæc munera obire? n. 11.  
 An religiosus possit substituere absque superioris licentia? numero 12.  
 Quid si religiosus habeat licentiam, vt sit procurator, an possit absque alia superioris licentia substituere? n. 13.  
 An religiosus interdicitur substituere, quando non constituitur procurator, sed tantum simplex munus ad substituendum? n. 14.  
 An si substituatur, vel constituitur procuratorem, valeat substitutio, & constitutio? n. 15.  
 An vtilitas monasterij requisita, debeat esse diuersa, an potius sufficiat lucrum inde monasterio accrescens, vel id officium possit suscipi pro amico vtili monasterij? referitur quedam sententia. n. 16.  
 Explicatur sententia authoris. n. 17.  
 An superior ipse religionis possit hæc munera obire absque alia licentia? n. 18.  
 An in negotiis Abbatis monasterij, vel ad ipsum accusandum, vel ad denunciandum, possit religiosus esse procurator, vel aduocatus? n. 19.  
 Quid in negotiis cuiuscumque religiosi eiusdem religionis? num. 20.  
 Quid in negotiis religiosi alterius religionis? n. 21.  
 Quid in negotiis Episcopi? n. 22.  
 Quid pro miserabilibus personis? n. 23.  
 Quid pro sibi consanguineis? n. 24.  
 An pluribus religiosis prosequentibus vnum negotium, possit vnus ex illis constitui procurator? n. 25.  
 Quid